



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

14 De festis, ieiunijs, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum. Idem in Epistola ad Hebr., & Actuum, 15.

Est igitur Christiana seu Euangelica libertas non aliud quàm (vt Paulo placet) redemptio, seu absolutio à seruitute legis, & peccati per Iesum Christum facta, qua addicti deo, & iustitiæ, filiorum adoptionem recipimus. De hac libertate saluator dixit Iudæis: Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis: vide ibidem Augustinum.

Rom. 6.7

&amp; 8.

Galat. 5

Ioan. 8

## DE FESTIS ET IE-

iunijs. Non esu carniū,

&amp; gradib. consan-

guinitatis.

XIII.

¶ Vnum diem in septimana deo consecratum, est omnibus obuium.

**I**N lege Moyfi adhuc instituit de alia festa. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitur

EXO. 23

L 5

tis

## DE FESTIS

**Ibidem** tis, Azymorum Primitiuorū & frugum. Et infra: Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo, scilicet Pasche, Pētecoste, & Scānapegiorum.

Habes hoc loco Iudeorum peregrinationem, & ex ea, & in ea fundatam peregrinationem christiani.

**Leuit. 23.**

Mense septimo prima dies mēsis erit vobis sabbatū memoriale clau gentibus tubis, & vocabitur sanctū infra: Decimo die mēsis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus. infra: A quinto decimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorum septem diebus: & quid in vnoquoque die offerendum.

**Num. 28.**

In Cale. autem. i. mensium exordijs, offeretis holocaustum domino.

**Exo. 40.**

Dedicauit Moyses tabernaculum domini.

**Num. 7.**

Dedicatio templi primi sub Salomone.

Dedit

ET IENVNIIS. 32

Dedicatio templi secūdi sub Esdra. 3. Reg. 8

Dedicatio tēpli restituti & altaris, 1. Esd. 6  
sicut legitur.

Et fecerunt dedicationem altaris 1. Mac. 4  
diebus octo.

Expende Encænia à Machabæo  
instituta, tamen à Christo obserua  
ta. Colligamus festos dies Iudæorū  
præter sabbata, septem dies azymo  
rum Pasche, vnum pētecostes, vnū  
tubarum, vnū expiationis (qui erat  
in capite anni) septem tabernaculo  
rū seu Scanopegia, septem Enceni  
orum seu luminū aut dedicationis,  
Neomenias seu lunationes habebāt  
dies. 12. in Embolismali. 13. collecti  
dies faciunt trigintaquinq; vbi tan  
tum tria sabbata intercurrunt.

Quum aut̄ maiora receperimus  
beneficia à deo per Euangelium,  
quàm Iudæi sub lege, cur nō plures  
etiā dies agendi gratias haberemus  
vel hos maxime qui fuerūt in vete  
ri lege?

Vnde

## DE FESTIS

Vnde festo pasche legalis succedit  
in noua lege festum passionis & re-  
**1. Cor. 5** surrectionis Christi. Etenim pascha  
nostrum immolatus est Christus. Fe-  
sto Pentecostes in quo data fuit lex  
vetus, succedit festum Pentecostes,  
**Act. 2.** in quo data fuit lex spiritus vite. Fe-  
sto neomeniæ festum gloriosæ vir-  
ginis Mariæ, in qua primo apparuit  
illuminatio solis, id est, Christi per  
copiam gratiæ. Festo tubarū succe-  
dunt festa apostolorum, quorū præ-  
dicationis sonus exiit in omnem  
orbem terrarum. Festo expiationis  
succedunt festa Martyrum, & cōfes-  
sorum. Festo tabernaculorum succe-  
dit festum consecrationis ecclesiæ,  
Festo cetus atq; collectæ succedit fe-  
stum angelorum, vel etiã omnium  
sanctorum.

**Gen. 2** Sabbatum est multipliciter à Deo  
**Exo. 20** præceptum, nec in euāgelio, nec in  
**Num. 15** Paulo definitum est cessasse sabbatū  
attamen ecclesia instituit diem do-  
minicum

minicum, per traditiones apostolorum sine scriptura. Dominicae diei meminit Ioannes, dicens: Fui in spi <sup>Apo. 1</sup> ritu in dominica die. Meminit & eiusdem diei suus discipulus Ignatius ac Philippus in fine. Hierony. de dominica paschae: Vniuersa sabbati gratia, & antiqua illa festiuitas Iudaeorum diei istius, solennitate mutata est.

Mutatum est autem sabbatum quod significat primam creationem, in diem dominicum, in quo commemoratur noua creatura inchoata resurrectione Christi: vnde Augustinus ad inquisitiones Ianuarij. Dies dominicus non Iudaeis, sed Christianis, resurrectione domini declaratus est & ex illa cepit habere festiuitatem suam.

Augustinus contra Faustum lib. 19.  
 Quum quaeris sabbati ocium, cur non obseruat Christianus? Respondeo: Imo id propterea non obseruat  
 Chri

## DE FESTIS

Christianus, quia quod figura profi-  
tebatur, iam Christus impleuit, plu-  
ra de his Tertullianus, Cyprianus,  
Ambrosius, Gregorius ad Romanos.  
Festum s. Laurētij celebrabāt Hip-  
pone Aug. tract. 27. super Ioannem  
& Romæ sub Leo papa vt in Hom-  
illius diei.

¶ De ciborum delectu, se-  
cunda propositio.

Ecclesia licite prohibet certos ci-  
bos, certo tempore.

**Act. 15** Abstineatis vos ab immolatis si-  
mulachorum, & sanguine, & suffo-  
cato.

**Rom. 14** Quæ pacis sunt sectemur, & quæ  
ædificationis sunt inuicem custodia-  
mus, noli propter escam destruere  
opus dei, omnia quidē munda sunt,  
sed malum est homini, qui per offen-  
diculum manducat. Bonum est non  
manducare carnē, & non bibere vi-  
nū, neq; in quo frater tuus offendi-  
tur, aut infirmatur, aut scādalizatur  
Si

EIT IEIUNIIS. 84

Si esca scandalizat fratrem meū, 1. Cor. 8  
non manducabo carnem in æternū,  
ne fratrem meum scandalizem.

Caro & vinum non introierunt Dan. 10  
in os meum.

Leo papa quartus dicit: Vetutissi De consecra  
mam esse consuetudinem abstinendi, 3. cap. de  
di à carnibus quarta & sexta ferijs, esu carnū  
Et ex Hieronymo colligitur, super Philipp.  
epistolam ad Galat. & Ignatius te-  
statur s. Ioannis euangelistæ disci-  
pulus.

De ieiuniorum ratione,  
tertia propositio.

De ieiunio idem liquet rem esse  
sanctam propter corporis macera-  
tionem, spiritus pertinacis expul-  
sionem, diuinæ gratiæ imploratio-  
nem, & Christi ieiunātis imitationē

Genua mea infirmata sunt à ieu- Psal. 108  
nio, & caro mea immutata est pro-  
pter oleum.

Nunquid possunt filij sponsi luge Mat. 9  
re quandiu cum illis est spōsus? Ve- Luc. 5  
nient



DE FESTIS

200  
nient autem dies, quum auferetur  
ab eis sponfus, & tunc ieiunabunt.  
Illud opere impleuerunt Apostoli  
Act. 13 Ministrantibus illis domino & ieiunantibus, dixit illis spiritus factus  
Segregate mihi &c.

Act. 14 Quum constituisent illi super singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos domino.

1. Cor. 6 In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patientia in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs  
Niniuitæ indixerunt ieiunium.

Ionæ, 3 Tu quum ieiunas unge caput tuum & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui est in abscondito, reddet tibi. Ecce ieiunium meritorium.

Mat. 4 Idem de quadragesima.  
Quum ieiunasset Iesus quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

Moy-

ET IENVNIIIS.

85

Moyſes ieiunauit, 40. diebus & <sup>Deut. 2</sup>  
40. noctibus. <sup>3. Reg. 16</sup>

Similiter Helias totidem diebus  
ieiunauit.

Sanctificate ieiunium. Humilia-  
bam in ieiunio animam meam.

Si vouerit mulier vt per ieiuniū <sup>Ioel. 2</sup>  
affligat animam ſuam, in arbitrio <sup>Pſal. 34</sup>  
viri erit ſi faciat ſiue non faciat. Si <sup>Num. 30</sup>  
audiēs vir tacuerit, & in alterum di-  
em diſtulerit ſententiā, quicquid vo-  
uerat atq; promiferat reddat.

Sacra ſcriptura vbiq; teſtatur ie- <sup>3. Reg. 21</sup>  
iuniū deo fore acceptum, in Achab, <sup>Tob. 12</sup>  
Tobia, Iudith, Heſter, Daniele, Nini <sup>Luc. 2</sup>  
uitis, Anna vidua.

Ignatius ad Philip. Quadrageſi-  
mā vero nolite pro nihilo habere,  
imitationem enim continet conuer-  
ſationis dei.

Confirmavit Theleſphorus papa  
vicinis temporibus apoſtolorum.  
Item Ambroſius, in multis ſermoni-  
bus. Concilia item Agathēſe & Au-  
relia

M relia

## DE FESTIS

relianens. Origenes homilia decima  
super Leui. Habemus quadragesime  
ieiunijs consecratos. Hieron. aduer  
sus Montanum. Nos quadragesimam  
secundum traditionem apostolorum,  
ieiunamus.

Iouinianus, qui ieiuniorum affli  
ctionem & omnem corporis cruciatum  
in luxuriam & epulas conuertit.

Valentiniani haeretici omni tem  
pore carnes libere comedendas dix  
erunt, Hirene. lib. 1. cap. 1.

Hom. 36. su  
per Matth.

Chrysostr. meminit de ieiunijs mo  
nachorum, & quo modo dicant  
gratias.

Hom. 10. su  
per Leuit.

Origenes, Habemus quadragesi  
mae dies ieiunijs consecratos, habe  
mus quartum & sextum septimanae  
dies, quibus solenniter celebramus.  
Est certe libertas Christiana per om  
ne tempus ieiunandi, non obserua  
tione superstitiosa, sed virtute. Nam  
quomodo apud eos castitas incorru  
pta seruetur, nisi arctioribus continen  
tijs

tia fulta subsidijs? Quomodo sapi-  
entia & scientie student? Nunc per  
continentiam ventris & gutturis?  
Quomodo quis seipsum castrat pro **Mat. 9**  
pter regnū cœlorum, nisi ciborum  
affluentiam rescet? nisi abstinencia  
vtaris ministra? Hæc ergo Christia-  
nis ieiunandi ratio est. Hæc ille.

Maximus episcopus. Sacrarū li-  
terarum exempla protulimus, qui-  
bus approbamus hunc quadragena-  
rium numerum, non esse ab hominū  
bus constitutū sed diuinitus conse-  
cratum, nec terrena cogitatiōe ini-  
tatum, sed cœlesti maiestate præce-  
ptum. Et paulò post: Hæc autem non  
tam sacerdotum præcepta quàm dei  
sunt. Atque ideo, qui ea spernit, nō **1. Thess. 4**  
sacerdotem spernit, sed Christū qui  
in suo loquitur sacerdote.

Ambrosius serm. de ieiunio. Vt sci-  
amus inquit non esse nouellum ieiu-  
nium, primam illic (scilicet in pa-  
radiso) legem constituit (s. primis  
M a paren-

## DE FESTIS.

**dist. 35** parētibus) de ieiunio &c. Greg, Au-  
**Sext. die** gustinus, & omnes quotquot fuerē  
doctores catholici ita senserunt &  
docuerunt de ieiunijs obseruandis.

**¶** Quarta propositio de gradibus  
consanguinitatis.

**Mar. 6** Gradus consanguinitatis impedi-  
unt matrimonium. Ioānes Baptista  
increpauit Herodem dicens: Non li-  
cet tibi habere vxorem fratris tui.

**1. Cor. 3** Paulus tradidit satanę Corinthi-  
um fornicantem cum sua nouerca.

In veteri lege gradus consanguini-  
tatis & affinitatis sunt à deo pro-  
**Leuit. 18** hibiti. Omnis homo ad proximam  
sanguinis nō accedet, vt reuelet tur-  
pitudinem suam. Grego. episcopus  
Gallię, progeniem suam vnumquē  
que vsq; ad septimam obseruare de-  
cernimus generationem, & quādiu  
se agnoscūt affinitate propinquos,  
ad coniugalem accedere copulam  
negamus, quod si fecerint separen-  
tur. Concilium tamen generale re-  
duxit

duxit ad quartum gradum.

Ambrosius lib. 8. epistolarum docet non omnes gradus illicitos à lege fuisse expressos. Ante tēpora beati Gregorij dispensabant etiam in secundo gradu, scribit enim Augustino Anglorum episcopo. Quædam lex Romana permittit, vt siue fratris vel sororis, seu duorū fratrum Germanorū, filius & filia misceantur, sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non succrescere.

¶ Obijciunt heretici contra secundam propositionem.

1 Non quod intrat in os coinquinat hominem.

Mat. 15

2 Omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et ibi vocat doctrinam dæmoniorum & mendacem, abstinere à cibis, quos deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus.

2. Tim. 4

M 3 Om

## DE FESTIS.

**Tit. 1 3** Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum.

**Col. 2 4** Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum.

**Rom. 9 5** Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, non dixit ieiunijs.

**6** Christus in Euangelio non præcepit discretionem ciborum, quid ergo imponitis hoc onus fidelibus?

**Act. 15 7** Libertas Christiana non patitur hæc onera seruitutis.

¶ Respondent catholici.

**De primo**

Nihil hic dicere Christum de ieiunio, sed tollere errorem Iudeorum, qui credebant cibos non lotis manibus tactos fieri immundos, & comedentem hunc cibum fieri immundum, vt liquet ex Matthæo, & Mar-

**Mar. 7** co, hanc stultitiam reijcit Christus, cibos illotis manibus tactos non inquinare comedentes. Alioquin comedentes.

medens suffocatū tempore Apосто-  
lorum, aut venenum scienter, non  
fuiſſet coinquinatus. Hunc locū tor-  
quebant & Manichæi cōtra delectū  
ciborum, Auguſtin. libro. 16. contra  
Faustum.

Aduerte igitur, q̄ cibus intrās in  
os, quia in ventrē vadit, & in ſecceſ-  
ſum emittitur non coinquinat ho-  
minem. Sed homo ipſe contra dei  
& eccleſiæ prohibitionē, aut etiam  
eccleſiæ conſuetudinē ac contra pro-  
prium votum, aut cum ſcādalo pro-  
ximi ſui ſumēs cibum, ſeipſum co-  
inquinat. Hoc enim procedit ex ma-  
lo corde. i. ex contemptu dei & eccle-  
ſiæ in ſuis præceptis.

Vnde Auguſt. Nō ideo debet quis  
exiſtimare leue ac paruum fuiſſe il-  
lud peccatum commiſſum in paradi-  
ſo, quia in eſca factum eſt, non qui-  
dem mala ac noxia, niſi quia prohi-  
bita &c. Ita vinum vtiq; bonū in ſe  
Rechabitas coinquinaret, ſi illud

Lib. 14. de  
ciuit. dei

M. 4 com



## DE FESTIS.

contra patris prohibitionem bibissent. Sed quia abstinuerunt, placuerunt domino, sequitur enim: Hæc dicit dominus exercituum de Israel, Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis oïa mandata eius, nõ deficient vir de stirpe Ionadab filij Rachab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

Luc. 1

Mat. 3

Mar. 1

Lu. 3

1. Mac. 7

Et de Ioanne Baptista prædixit Gabriel angelus, vinum & siceram non bibit. Item Esca eius erat locustæ & mel sylvestre.

Eleazarus & Machabæi poti<sup>9</sup> mori elegerunt, quam suillis contra diuinæ legis prohibitionem vesci carnibus. Sed inobedientes Lutherani vaniloqui & seductores, vniuersas domos subuertentes, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia, vt Cretenses semper mendaces mala bestię, ventres pigri, nulla seruât ecclesiæ ieiunia, sedentes super ollas carniū in Aegypto, nauseâtes mâ  
n3

Tit. 1

Num. 11

na cœleste, grauentes corda sua cra Luc. 21  
pula, & ebrietate, mentem habētes  
& conscientiam inquinatas. Glori Tit. 1  
antur se euangelicos, factis autem  
negant, quum sint abominabiles, &  
increduli, & ad omne opus bonum  
reprobi.

Non voluit Apostolus Iudaica ob De secūdo  
seruantia aliquos cibos esse perpe- Act. 1  
tuo prohibitos, vt carnē suillā (dem  
ptis decretis in cōcilio apostolorū)  
at ecclesia credit omnē creaturā deī  
bonā, licet pro tempore ad mortifi-  
candum veterem hominem præcipi  
at, ab aliquibus abstinere. Porro hic  
non tractat Apostolus de ieiunio,  
vel maceratione carnis, sed quia Ta  
tiani & alij heretici dicebant, certas  
esse res creatas à principio malo.  
Paulus hoc destruit, quia omnis cre Tim. 4  
atura dei sit bona, & cū gratiarum  
actione sumenda, quod facit catholi-  
cus, licet nō pro omni tempore, nec  
Paulus hoc præcipit, p̄ omni tēpore.

M. 5 In

## DE FESTIS.

De tertio

In lege aliqua animalia erāt im-  
munda per significationē, Iudei cre-  
diderunt per naturam, destruit erro-  
rem Paulus, quia fidelibus omnia  
sint mūda, & pro tempore comeden-  
da, at quod non liceat abstinere pro  
tempore, hoc non prohibet Apосто-  
lus. Vnde s. Iacobus minor nunquā  
est vsus carnibus vel vino, auctore  
Egesippo.

De quarto

Similiter dicatur, nā noluit fide-  
les ritu Iudaico iudicari in cibo &  
potu & festis.

De quinto.

Galat. 5  
1. Cor. 9

Spiritu facta carnis mortificatur,  
ac spiritus iuuatur, si caro ieiunijs  
crucifigatur, sicut dicit Paulus: Qui  
Christi sunt carnem suam crucifixe-  
runt. Et iterum: Castigo corpus me-  
um, & in seruitutem redigo.

De sexto

Etiam si Christus non docuit ali-  
quando abstinendū à carnibus, hoc  
non refert, quia ipse docuit magis  
necessaria ad salutem. Sed quę expe-  
diunt & promouent salutem, reli-  
quit

quit magisterio spiritus sancti & ecclesie, & illa nō oīa per se explicuit.

Dic vt in puncto superiori de cō- De septimē  
stitutionibus humanis argumento  
ultimo.

DE VENERATIONE  
sanctorum XV.

**S**Ancti vt amici dei, sunt implo- Sanctos ho  
rādi, vt pro nobis intercedant, norandos,  
& licet sancti, nō sint adorandi  
latria, quia soli deo debetur, tamen  
venerādi sunt dulia. Ioan. 12. Si quis  
mihi ministrauerit, honorificabit  
eū pater meus qui in cœlis est. Si er-  
go de<sup>us</sup> honorificat sanctos, cur nos  
non honoremus sanctos? Quandiu Mat. 25  
fecistis vni de his fratrib. meis mini-  
mis, mihi fecistis. Itaq; honor exhi-  
bitus sanctis, exhibetur deo.

Mihi autem nimis honorati sunt Psal. 138  
amici tui deus, nimis cōfortatus est  
principatus eorum.

Si steterint Moyse & Samuel co Hier. 15  
ram me, nō est anima mea ad popu-  
lum